

Epidemiology Through Poetry: Fracastoro's Pestilential Avianocide
 Katrina Vaananen, Ph.D.
 Virtual CAMWS 2020
 Abstract: <https://camws.org/sites/default/files/94.Medicine.05.pdf>

A

Protinus innumerae panduntur turribus altis 136
 insulae Oceano in vasto, quas inter opacis
 undantem silvis unam, cursuque sonantem
 fluminis aspiciunt, magno qui spumeus alveo
 in mare fulgentes auro subvectat arenas. 140
 Hujus in ora placet pronas appellere puppes.
 Invitant nemora, et dulces e flumine lymphae.
 Jamque solo viridante alacres, ripaque potiti
 in primis terram ignotam, Nymphasque salutant
 indigenas, Geniumque loci, teque, aurifer amnis,
 quisquis in ora maris nitida perlaberis unda.
 Tum duram Cererem, et patrii carchesia Bacchi
 aggere in herboso expediunt : dein quaerere si qui
 mortales habitent : pars fulvam fluminis undam
 mirari, mixtamque auro disquirere arenam. 150
 Forte per umbrosos silvarum plurima ramos
 assidue volitabat avis, quae picta nitentes
 caeruleo pennas, rostro variata rubenti,
 ibat nativo segura per avia luco.
 Has juvenum manus ut silvas videre per altas,
 continuo cava terrificis horrentia bombis
 aera, et flammiferum tormenta imitantia fulmen
 corripunt, Vulcane, tuum, dum Theutonas armas,
 inventum, dum tela Jovis mortalibus affers.
 Nec mora, signantes certam sibi quisque volucrem, 160
 inclusam, salicum cineres, sulphurque, nitrumque,
 materiam accendunt servata in reste favilla.
 Fomite correpto diffusa repente furit vis
 ignea circumsepta, simulque cita obice rupto
 intrusam impellit glandem : volat illa per auras
 stridula : et exanimes passim per prata jacebant
 dejectae volucres : magno micat ignibus aer
 cum tonitru, quo silva omnis, ripaeque recurvae,
 et percussa imo sonuerunt aequora fundo.
 Pars avium nemus in densum conterrita, et altos 170
 se recipit scopulos : quorum de vertice summo
 horrendum una canit (dictu mirabile) et aures
 terrificis implet dictis, ac talibus inquit.
 "Qui Solis violatis aves, sacrasque volantes,
 Hesperii, nunc vos, quae magnus cantat Apollo,
 accipite, et nostro vobis quae nuntiat ore.
 Vos quamquam ignari, longum quaesita, secundis
 tandem parta Ophyrae tetigistis litora ventis.
 Sed non ante novas dabitur summittere terras,
 et longa populos in libertate quietos, 180

molirique urbes, ritusque ac sacra novare,
 quam vos infandos pelagi terraeque labores
 perpassi, diversa hominum post proelia, multi
 mortua in externa tumuletis corpora terra.
 Navibus amissis pauci patria arva petetis,
 frustra alii socios quaeretis magna remensi
 aequora : nec nostro deerunt Cyclopes in orbe.
 Ipsa inter sese vestras discordia puppes
 in rabiem ferrumque trahet : nec sera manet vos
 illa dies, foedi ignoto quum corpora morbo 190
 auxilium silva miseri poscetis ab ista,
 donec paeniteat scelerum". Nec plura locuta
 horrendum stridens densis sese abdidit umbris.
 Ollis ossa rigor subitus percurrit, et omnis
 palluit, ac gelida fugit formidine sanguis.
 Tum vero sacras volucres, divosque precati,
 in primis Solem, et sanctum servantia lucum
 Numina supplicibus venerantur agrestia votis :
 Pacem orant, rursusque Ophyren, fluviumque salutant. MG.3.136-199

B

quoniam medicinae propinquior est phylosophia; imo et medicina quaedam <<circa hominem>>
 phylosophia est.

The fragments, transcribed by Pellegrini, can be found in Pellegrini, 1955, 25-29.

C

huc ubi delati portus intrauimus, ecce
 laeta boum passim campis armenta uidemus
 caprigenumque pecus nullo custode per herbas.
 inruimus ferro et diuos ipsumque uocamus
 in partem praedamque Iouem . . . *Aen.*3.219-223; cf.*MG.*3.155-160

D.

una in praecelsa consedit rupe Celaeno,
 infelix uates, rumpitque hanc pectore uocem *Aen.*3.245-246, cf.*MG.*3.170-173

E

. . . Strophades Graio stant nomine dictae
 insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno
 Harpyiaequae colunt aliae, Phineia postquam
 clausa domus mensasque metu liquere priores.
 tristius haud illis monstrum, nec saeuior ulla
 pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis.
 uirginei uolucrum uultus, foedissima uentris
 proluuies uncaeque manus et pallida semper
 ora fame... *Aen.*3.210-218

F

rursum ex diuerso caeli caecisque latebris
turba sonans praedam pedibus circumuolat uncis,
polluit ore dapes. *Aen.*3.232-234

G

diripiuntque dapes contactuque omnia foedant
immundo; tum uox taetrum dira inter odorem *Aen.*3.227-228

H

... inuadunt socii et noua proelia temptant,
obscenas pelagi ferro foedare uolucris.
sed neque uim plumis ullam nec uulnera tergo
accipiunt, celerique fuga sub sidera lapsae
semesam praedam et uestigia foeda relinquunt. *Aen.*3.240-244

I

Pestis *Aen.*3.215
Proluuias 3.217
Immundus 3.228
Taetrum 3.228
Polluere 3.234
Obscenus 3.241, 262
Foed- 3.216, 227, 241, 244

J

at subitae horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiae et magnis quatiunt clangoribus alas *Aen.*3.225-226

ὡς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων,
βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρῆνων χωόμενος κῆρ,
τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφορεφέα τε φαρέτην:
ἔκλαξαν δ' ἄρ' οἴστοι ἐπ' ὤμων χωομένοιο,
αὐτοῦ κινήθέντος: ὁ δ' ἦϊε νυκτὶ ἐοικώς. *Il.*1.43-47

K

Principio quaeque in terris, quaeque aethere in alto
Atque mari in magno Natura educit in auras,
Cuncta quidem nec sorte una, nec legibus iisdem
Proveniunt, sed enim, quorum primordia constant
E paucis, crebro ac passim pars magna creantur;
Rarius ast alia apparent, et non nisi certis
Temporibusve, locisve, quibus violentior ortus,
Et longe sita principia: ac nonnulla priusquam
Erumpent tenebris et opaco carcere noctis,
Mille trahunt annos, spatiosaque saecula poscunt.
Tanta vi coeunt genitalia semina in unum.

Ergo et morborum quoniam non omnibus una
 Nascendi est ratio, facilis pars maxima visu est,
 Et faciles ortus habet, et primordia praesto.
 Rarius emergent alii, et post temper longo
 Difficiles causas, et inextricabile fatum,
 Et sero potuere altas superare tenebras. *MG.1.80-96*

L

Quod super est, vacuas auris animumque sagacem 50
 semotum a curis adhibe veram ad rationem,
 ne mea dona tibi studio disposta fideli,
 intellecta prius quam sint, contempta relinquant.
 nam tibi de summa caeli ratione deumque
 disserere incipiam et rerum primordia pandam, 55
 unde omnis natura creet res, auctet alatque,
 quove eadem rursus natura perempta resolvat,
 quae nos materiem et genitalia corpora rebus
 reddunda in ratione vocare et semina rerum
 appellare suemus et haec eadem usurpare 60
 corpora prima, quod ex illis sunt omnia primis. *DRN.1.50-61*

elementa DRN.4.941; DRN.6.1009

undique cum vorsum spatium vacet infinitum
 seminaque innumero numero summaque profunda
 multimodis volitent aeterno percita motu, *DRN. 2.1053-1055*

Sed quoniam docui cunctarum exordia rerum
 qualia sint et quam variis distantia formis
 sponte sua volitent aeterno percita motu
 quoque modo possit res ex his quaeque creari *DRN.4.45-48*

Nunc age, quo motu genitalia materiae
 corpora res varias gignant genitasque resolvant
 et qua vi facere id cogantur quaeque sit ollis
 reddita mobilitas magnum per inane meandi,
 expediam: tu te dictis praebere memento.
 Si cessare putas rerum primordia posse
 cessandoque novos rerum progignere motus,
 avius a vera longe ratione vagaris.
 nam quoniam per inane vagantur, cuncta necessest
 aut gravitate sua ferri primordia rerum
 aut ictu forte alterius . . . *DRN.2.62-72*

M

semina *MG.1.1*, 90
 genitalia semina *MG.1.119*, 267, 283, 295; *2.196*, 244, 279; *3.49*
 elementa *MG.1.136*, 148
 primordia *MG.1.83*, 93, *3.375*
 materia *MG.3.162*

N

...insolitam video per inania ferri
 Illuviem, et magnos coeli tabescere tractus. *MG.1.214-215*

Sol Pater...

Intorsit radios, et lumine fulsit acerbo.
 Aspectu quo Terra parens, correptaque ponti
 Aequora, quo tactus viro subcanduit aer.
 Protinus illuvies terris ignota profanes
 Exoritur ...*MG.3.322-327*

O

. . . tam vastae semina labis
 . . .
 Aere, qui terras circum diffunditur omnes,
 Qui nobis sese insinuat per corpora ubique,
 Suetus et has generi viventum immittere pestis
 Aere quippe pater rerum est, et originis auctor.
 Idem saepe graves morbos mortalibus affert
 Multimode natus tabescere corpore molli,
 Et facile affectus capere, atque inferred receptos. *MG.1.119-129*

Denique caelesti sumus omnes semine oriundi
 omnibus ille idem pater est . . . *DRN.2.991-992*